

*Contratto per la
concessione di un mutuo.*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Contratto per la
concessione di un mutuo.*

1265-11-15

Item sub eadem forma de contractu mille librarum turonensium, inito cum Nicholao Alesii Ligori, cive et mercatore Romano; huiusmodi verbis adiectis:... «Deinde vero noster Dominus predictum magistrum Claudium ad suam presentiam revocavit, et te Iacobum, canonicum et custodem basilice Principis Apostolorum de Urbe, predicto magistro Claudio in eodem negotio subrogavit, prout in tenore licterarum ipsius Domini inferius annotatis plenius continetur». Tenor autem talis est: «Clemens etc.... Iacobo etc.... Cum... magistrum Claudium etc... quem ad Urbem pro contrahendo mutuo, una cum... magistro Berengario etc... ad opus Karoli Regis Sicilie, misseramus, duxerimus revocandum, te loco ipsius ad contrahendum huiusmodi mutuum, una cum dicto magistro Berengario,... auctoritate presentis surrogamus».

Datum Datum Perusii XVII kalendas novembris, Pontificatus nostri anno primo». Postmodum sequitur «licet autem», usque in finem. (A margine: Vicarius et Marescalcus Urbis habuerunt istam pecuniam)